



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Meritum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Meretrices & Publicani Euangelio credentes, re-  
doi ingrediuntur, Matth. 21. v. 31. 32.  
Meretricum exempla: Thamar, Genes. 38. 24. Madianitis, Num.  
11. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 23. Hebr. 11. 3. Mater Iephtha, Iudic. 11.  
Meretrix Gazza, Iosue 16. 1. duæ meretrices, 1. Reg. 3. 16. Peccatrix  
Meretrix, Mulier in adulterio deprehensa, Ioan. 8. 3. Meretrix ma-

Meretrix B. Thom. 3. parte quest. 45. artic. 6. Differunt autem me-  
retri & commeteri, quod meretrix dicitur bona, commeteri vero  
mala, ex Donato super Terent.  
Meritum dicitur, quum vel bene vel male de aliquo meretur.  
Est enim vocabulum medium. In bonam partem si sumas, benefi-  
cium denotat. In malam, supplicium quo maleficus afficiendus est.  
Hebr. Chesedh, retributio ex cordis affectu.

POETICAR SENTENTIAE.

Plaut. Truc.  
Meretrix meum herum miserum sua blanditie intulit in  
Pauperum, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.  
Idem Truc.  
Nam mihi hac meretrix, quæ hic habet Phrynesium,  
Suum motum omne ex pectore euommit meo, Phroasium.  
Plaut. Truc.  
Meretricem ego item esse reor maræ, Sic est, quod des deuot-  
rat, nec uigilant  
Abundat Sc.  
Quantumuis, nisi quædam apparet, neque astori, neque acce-  
ptus.

Ter. Heec.  
Nec polista metuent Deos, nec has respicere Deos opinor.  
Ouid. Amor. 10.  
Stat meretrix certo cuius mercabilis aræ,  
Et miserum in se corpore quærit opes.  
Ibidem.  
Sola uero mulier polly: exultat ademptæ,  
Sola lacat necesse, sola locanda uenit.

Horat. Carm.  
Quisquis Venus? heu! quæ color decem?  
Quis metus? quid habes illius, illius?  
Quæ sperabat amores,  
Quæ me speruerat mihi,  
Plexit Cynaram, notæq; Cynarum  
Gratularum facies? sed Cynara breues  
Annos facta dederunt,  
Seruatura diu parem  
Cornu Seruata temporibus Lycen?  
Popsit ut iuuenes uidere seruati  
Multo non sine risu  
Dilatam in cineser facem.

SIMILITUDINES.

Crypsini, Quemadmodum si quis leonem egregium & fe-  
rentem, deinde uba de dona dentes exemerit, & vngues circum-  
dentes de dorso reddidit, & ridiculum, ac vel pueris expugnabilem  
leoni, qui tam terribilis & intolerabilis erat, quiq; vel solo rugitu  
quæ quæ adiebat: Sic mulieres læticiæ quoscunq; ceperint, sub  
pudicæ redigunt Diaboli: molliores reddunt, calidiores, impu-  
dentes, audentes, importunos, ignauos, effrenes, ingenio  
nulli libérales, contumaces, &c. Cum antea fortitudine, huma-  
nitate, omnibusque virtutibus præditi fuerint. apud Maxim. ser-  
mones.

Quædam Sophista Antiocheni, Sciò superbas & insolentes me-  
retrices nihil non amatoribus suis imperare, & obtinere ab ipsis uelle:  
quædam eadem etiam obedire, cum iubentur. Tu vero prompte  
obediens, & gradatim obtemperando, Laidem Corinthiam imitaris.  
apud ad Aezop. fol. 319.  
Hæc, in fauo mellis duo sunt, scilicet mel & cera: in facie  
meretrices similitudo duo, scilicet decór & grátia: hæc est, pulchritu-  
dine, & dulcedo sermonis. Cera succendit ignem, mel præbet  
aliquid. Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat  
ceterum, blandimento leuocinantis sermonis subuertit mentem.  
Sicut mel ex cera, dum meretrix uerba sua mollic, & facit dulcia. li-  
bra de uisq; carnalibus Sitandis.

Quædam Rhetoræ, Quemadmodum cæcæ sitis tæpota pi-  
pæ papillulis (cit autem magnæ limaet similes) quamuis magnam  
satis uel sic remis incitatum subito sistit: ita scortulum aliquo-  
rum alienatum, ingentes animi ad honesta impetus retinet alligat-  
que.

Veteres Cæspenarum aduersus impudicas in ipsa professione  
meretrix credebant. Tacit. Annal. lib. 2.  
Vile Fornicatio, Luxuria, Scortatio.

Meritum.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Meritum, Græce ἀξίωμα, h. e. ἀξίωμα, merito dicitur. Est autem  
meritum actio, qua iustum est, ut agenti aliquid detur, se-

SENTENTIAE PATRVM.

Qui quis tibi enumerat merita sua, quid tibi enumerat nisi  
munera tua? Aug. l. confess.  
Deus author est meriti, qui & voluntatem applicat operi, & opus  
explicat voluntati. De liber. arbit.  
Meritis suis nihil tribuunt sancti: totum non nisi misericordie  
tuæ tribuunt, & Deus? idem Psal. 139.  
Vis excedere gratia? iacta tua merita, idem in Psal. 31.  
Simplices & indocti regnum cælorum rapiunt, & nos cum lite-  
ris nostris ad infernum descendimus, in Math. 11.  
Sicut solus filius Dei factus est filius hominis, ut nos secum filios  
Dei faceret: ita pro nobis solus suscepit sine malis meritis pœnam,  
ut nos per ipsum sine bonis meritis consequeremur indebitam gra-  
tiam. idem l. 4. ad Euseb. c. 4.  
Quum bona opera nostra remunerat Deus, non merita nostra,  
sed dona coronat. idem hom. 14. in 50. hom.  
Magna sunt actiua uirtus merita, sed contemplatiua potiora.  
Greg. in Mor.

Non est magni meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore,  
sed magis pensandum est, quid agatur in mente, nam præsentem  
mundum despiciere, transitoria non amare, mentem medullitus in  
humilitate Deo & proximis iterare, contra illatas contumelias pa-  
tientiam seruare, ut custodiat patientia dolorem malitiae à corde res-  
pellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in  
Deo diligere propter Deum, & inimicos mandare de afflictione  
proximi lugere, de morte inimici non exultare, hic est noua creatu-  
ra. Greg. hom. 10.

Hoc totum est hominis meritum, si totam spem suam ponit in  
eo, qui totum saluum fecit: sufficit ad meritum scire, quod non  
sufficiat merita. Bernh. serm. 68.

Non est, quod iam quæras, quibus meritis spes bona præsertim  
cum audias, non propter uos, sed propter me faciam. Sufficit ad  
meritum scire, quod non sufficiat meritum. idem sermone 68. super  
cant.

Merita habere cures, habita data noris: fructum spes Dei mi-  
sericordiam. idem.  
Et si milles moriamur, & si omnes uirtutes animæ explemus, ni-  
hil dignum gerimus ad ea, quæ ipsi à Deo percipimus. Chrysostom.  
compunct. cor.

Videmus aliquoties nonnullos cepisse postremos & factos me-  
rito priores. idem.  
Quicquid gesseris, parum est: quicquid feceris, minus. Omne e-  
nim meritum breue est comparatione donorum: numerus benefi-  
cia, si potes: & tunc considera quid mereris. idem hom. 70.

Si totum tempus uitæ huius occupant obsequia, laudes teneant,  
gratiarum actiones insistant, non poteris pensare, quod debes. ibid.

Sit licet excellens hominum meritum, sit nature iura seruans, sit  
legum iustis obtemperans, fidem impleat, iustitiam teneat, uirtutes  
exerceat, damnet uitia, peccata repellat, exemplum semet imitan-  
tibus præbeat, nihil est respectu eiusdem. ibid.

Cum diuinis muneribus actus proprios meditare? nec dignum  
te iudicabis eo, quod fueris, si intelliges, quod mereris. ibid.

Grandis uolentia est in terra nasci, & cæelum rapere, & habere per  
uirtutem, quod non possumus habere per naturam. Regnum cælo-  
rum vim patitur: qua gloria Domini Israel patribus debita, à Pro-  
phetis nuntiata, à Christo oblata, fide Gentium occupatur & rapi-  
tur, dum per penitentiam in quam Ioannes prædicauit, reuertiunt  
ad cælestem patriam, quasi in alienum locum redeuntes. in Mat-  
thæum 11.

Securus cæsa descendit, qui se in paulo minoribus approbanis,  
& certo præcedit vestigio, qui gradatim potitur accepto. Sine mé-  
rito siquidem remuneratum putatur omne, quod subitum est: nec  
in exploratis suspensionem refugit, quod te petete prouenerit. E con-  
tra omnia deliberata sunt robusta, & totum bonis actibus obtinuit  
se creditur, qui post documenta laudate militiæ promouetur. Cass.  
lib. 1.

Sumptissimi nomen ex meritis, custodi, ut semper læteris ueritate  
uocabuli: nam cum omnis appellatio ad delicias res uideatur  
imposita, nimis absurdum est nomen alienum portare, & aliud dici,  
quam possit in moribus inueniri. Verum hæc bonæ conscientiæ  
dicta sufficiant, qua dubitari de illo creditur, qui à plurimis admo-  
netur. ibid.

Qui est ordine vel dignitate primus, debet esse meritum laude  
præcipuus. idem lib. 1.

Indiferenti hominis mores confusi varentur, si aut culpa formidinem, aut virtus premium non habeat. *ibid.*

Iunioribus conceditur spes laboris, dum vicissitudo fuerit red- dita veterans. *idem lib. 4.*

Differri non debent merita fidelium, vt ad studia bonorum a- ctuum prouocentur vota cunctorum: Demus igitur, quae sunt ius- ta laboribus, vt prouectu priorum inuitemus corda sequentium. *ibid.*

Sicut et quum est defidiosis laborantium praemia denegare: ita conuenit exultantibus, id est, operantibus, remunerationis optata concedere. *ibid.*

Dignum est, vt fructus laborum sequantur vota fidelium, & su- perior gradus accipiat, quem gestarum rerum integritas affecta commendat. *ibid.*

Bene moderatrix omnium rerum antiquitas considerauit, vt la- boris sui pretia recipiant, qui publicis uilitatibus obsecundant: ne quis haberetur praetentus, qui probabili fuerat actione laudandus. *ibid.*

Hoc est profecto difficilimum regnandi genus, exercere iuue- nem in suis sensibus principatum. Rarum omnino bonum est, do- minum triumphare de moribus, & hoc consequi in florida aetate, ad quod vix creditur aena modestia peruenire. *Cassiodorus.*

Parum laudis habet virtutum corona, quae ex labore non de- scendit: potest quidem habere palmam, sed non habet gloriam. Hae est magnarum ratio virtutum, vt quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirit. *Var. in serm.*

§ SIMILITUDINES:

*Cypriani.* Sicut oculus non valet esse manus, nec manus valet esse oculus: ita etiam licet distent ab inuicem differentibus meritis, tamen singulis sua praemia sufficiunt. *De singulari rat. clerico- rum.*

*Cassiani.* Sicut stanni metallum, quod alicuius utilitatis & gratiae putabatur, fit argenti contemplatione vilissimum: & rursus auri comparatione, meritum euanciscit argenti: aurum quoque ipsum gemmarum, collatione contemnatur: & ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum vnius margaritae candore superatur: In illa omnia merita sanctitatis, quamuis non lo- lum in praesenti bona & vilia sunt, verum etiam donum aeternita- tis acquirunt, tamen si diuinae contemplationis meritis conferan- tur, vilia, atque (vix ita dixerim) vendibilia censentur. *Collat. 32. cap. 2.*

Metus.

§ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

**M**etus: Graece φόβος, & φόβος, metus dicitur. Hebr. *Irha*, & *Norah*, timor, terror, metus, a verbo *lares*, metui, timui. Hinc *reges*, sacer, timendus, venerandus, *reges*, honor, *reges*, senex, quem iuvenes metuunt & venerantur. Est autem metus, ex- pectatio mali. *sec. Arist. lib. 4. Ethic.*

Metus est opinio magni mali impendentis, cui subiiciuntur Fi- grita, Terror, Timor, Exanimatio, Conturbatio & Formido. Metus, *secund. M. Varr.* dicitur a quodam motu animi, cum id, quod ma- lum casurum putat mens, refugit. Metus facit eius diminutum metuculus.

Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse vide- tur, animi recessus & fuga. *Aristoteles*, metus, inquit, vitium irasci- bilis partis est, ob quem formidant, terrore praeteritum imminente: vtrumque maximum animi malum.

Metus proprium est, ad incidentes imminentesque timores mo- bilem esse praecipue, qui mortem praetendere videantur, & corporales timere insectus, & melius arbitrari vtrumque saluum esse quam perdi honeste.

Comites { Mollicies.  
Metus: { Effeminatio,  
Laboris fuga,  
Vix nimia cupiditas.

Subest & huic vitio cautio quaedam, & lites fugiendi consue- tudo.

Metus est mali alienius futuri suspiciosus cruciatus.

Oritur autem metus per totius caloris ex frigore contractionem, ad cor ipsum vndique decurrentis, vt pote ad suam sedem, tanquam in regiam vel arcem. Caterum aegrimoniae instrumentum & excan- descentiae est os ventris; nam huius affectus vim sese sentire signifi- cat: velut etiam Galenus medicus nobilissimus *in tertio de demon- stratione*, inquit, moerere nobis non parum flaua bilis in ventrem defluit, quod platum molestiam exhibet, vt non prius a moe- stitia & cruciati cessemus, quam bilem euomueris. Gignitur enim grauitas in infero per medium pectus chondri xiphoidis nuncupati, quod enlis faciem refert.

Metus est animi torpor, circa sensus omnes sparsus, ex ma- ioribus opinionone.

- 1. Pusillanimitas. 8. Socordia,
- 2. Timor. 9. Pudor,
- 3. Pigrities. 10. Verecundia,
- 4. Terror. 11. Formido,
- 5. Pavor. 12. Tumultus,
- 6. Examinatio, 13. Conturbatio,
- 7. Trepidatio,

*Pusillanimitas* animi inquit Aristoteles, vitium est, quo mor- tentes videntur animi ad felicitatem infelicitatemque, honorem ad dedecus sustinendum. Pusillanimitas igitur est, non honorem ad dedecus, non felicitatem, neque infelicitatem posse sustinere: et honoratum quidem obtulere, aut inhonorari ne in minima ad- dem parte posse viriliter & animose satis oblitere, verum latius attoniti plane animi est, infelicitatem magnam a parua non posse discedere, in cunctis suspirare, ingemere, & aegre odium ferre. In- iusmodi est pusillanimitas, vt omnia conuicia contumelias proce- iurias & honores auferri sibi queratur, etiam ignoratione, ini- rursusque obliuione contigerint. Comitatur pusillanimitatem pau- or & summissio.

Timor est metus hominem aliqua de causa reddens meliorem, quod ab honestate fere non ablit. Vnde & nomen a quibusdam la- buisse creditur: *timor* enim honor Graecis dicitur.

*Pigritia* est metus consequentis laboris.

*Terror* est metus concutens, ex quo fit vt pudorem rubor, et- forem pavor, & tremor, & dentium stridor consequatur.

*Pavor* metus est mentem a loco mouens, ex quo illud, ut metus pavor omnem mihi sapientiam ex animo expectat. *Cicero in allegat. Et autem, sic suspiror, Ennii Poeta.*

*Examinatio* est metus subsiquens, & quasi comes pavonis. *Quid huc examinatus currit Saurea?*

*Conturbatio* est metus excutiens cogitatio.

*Socordia* est cum quod animo agi oportuit, animi ipsi fibere- temere ac inscite, quod minus efficiant, retinentur.

*Pudor*, quanquam aliquando virtutis locum obtinet, est tamen etiam metus admitti mali & poenitentia. Dantem Augustinum pudor, inquit, est qui facit ingenuam frontem, etiam de falli commo- obiectione. Rubor suffundit non est crimen, & si est crimen, non illius, cui obicitur, Nemetius, Pudor est inquit, metus de expecta- tione vtruperationis excitatus, qui affectus est honestissimus.

*Verecundia* est metus in turpitudine commissa. Differunt haec pudor & verecundia: quod verecundia ob ea, quae deliquit, contu- ditur atque contabescit: pudibundus autem de praeterita delictum atque adeo gloria, in qua sic veretur, planeque metus excidit: ce- ter plerique saepe numero pudorem verecundiam, & verecundiam pudorem indifferenter vocent.

*Formido* est de realiqua insolenti aut improbia, in quibus con- sternatio, & imaginarius cum tremore metus, alii sic: Formidus metus permanens.

*Tumultus* est vt cum Cicero Quintilianus inquit, timor metus. Vt autem Zeno, vocis complexio per metum eruptio.

*Trepidatio* est animo effusus horror: gestu, motuque corporis stinando vitro citroque incurfando demonstratus.

§ BIBLICI LOCI.

Metuendum fideli in afflictionibus non est. *1. Pet. 7. v. 17.* Cum Metu & tremore operemur nostram saluam. *Philip. 2. v. 12.*

§ POETICAE SENTENTIAE.

- Sen. Agam. *Quod metus augeat qui scelere stelus obruit.*
- Claud. de bello Getico. *Sed malus interpres verum metus, anime trahit ad Augurium peiore via.*
- Sen. Thyest. *Quis eger metus*
- Laudare, eosdem reddat inimicos metui.*
- Ouid. 2. Amor. 2. *Quem metuit, quisque perisse capit.*
- Virg. 4. Aeneid. *Degeneres animos timor arguit.*
- Publius. *Metus quam venis, rarum habet somnus locum.*
- Aristophanes. *Τὸ γὰρ φόβος οὐκ ἔστιν ἀνάσσειν ἀγέρας ποδῶν. Πάντες γὰρ κινῶντες ἐφείδονται καὶ δύνανται. Μετῆρε μὲν ἄνθρωπος ἰσχυρὰ φύσις ἐστὶν. Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἰσχυρὸς καὶ φοβούμενος.*